

ΝΕΟΣ ΕΛΛΗΝΟΜΝΗΜΩΝ

ΠΕΡΙΟΔΙΚΟΝ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ ΣΥΝΤΑΞΣΟΜΕΝΟΝ ΚΑΙ ΕΚΔΙΔΟΜΕΝΟΝ

ΥΠΟ
ΣΗΥΡ. Π. ΛΑΜΠΡΟΥ

7

1910

ΦΩΤΟΤΥΠΗΚΗ ΑΝΑΤΥΠΩΣΙΣ * 1969 * RÉIMPRESSION ANASTATIQUE
ΕΚΔΟΣΕΙΣ ΕDITIONS
ΒΑΣ. Ν. ΓΡΗΓΟΡΙΑΔΗΣ ★ BAS. N. GRÉGORIADÈS

ΥΠΟΜΝΗΜΑ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΧΩΡΩΝ ΚΑΙ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ

ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ ΑΙΩΝΑ

Ἐν τῷ ὑπ' ἀρ. 18298 λατινικῷ κώδικι τῆς Βασιλικῆς βιβλιοθήκης τοῦ Μονάχου φ. 115 κ. έ., εὔρηται γεγραμμένον χειρὶ τοῦ δεκάτου πέμπτου αἰῶνος τὸ κάτωθι ἀνέκδοτον ὑπόμνημα περὶ τῶν ἐλληνικῶν χωρῶν καὶ ἐκκλησιῶν κατὰ τὸν αἰῶνα ἐκεῖνον.

**Terre hodlerne Grecorum et dominia secularia
et spiritualia ipsorum.**

De ecclesia et dominio Grecorum hic infra.

In primis est Grecorum civitas Constantinopolis, in qua imperator Grecorum habitare solet, qua tripliciter est murata et cum hoc foveis maximis circumdata. cuius civitatis una pars iacet in terra et due circumpercutiuntur mari, triangulata existens in figura. hec civitas, quamquam in plano in circuitu esse videatur, tamen in ipse montes septem eciam intelliguntur et videntur. Unde dicitur civitas inter cetera eptalopos id est septem montes in se concludens. In hac civitate parrochiales ecclesie sunt octo hodie, scilicet Sancta Sophya, in qua patriarcha Constantinopolitanus habitare solet, Sanctorum apostolorum alia et sancti Pauli per se, Marie virginis, domini Jesu Christi, Sancti Georgii, quadraginta sanctorum et Sancti Michahelis. Que omnes ecclesie magne et mirabiles aunt, tamen sancta Sophya omnibus prevalet in omnibus, in marmoribus, quia tota interius in parietibus

et in omnibus est induta cum eius preciosissimis de omni naturali eorum colore et in columnis maximis similiter de omni colore, quibus superimminet pro parte maiori et in arte musaica, que ex vitro deaurato interius ut sol ostenditur et in scuptilibus, que in marmoribus subtilissime depinguntur et ut omnia, que in ea sunt, intermittam, ex hijs, que breviter dicturus sum, totum eius considerabitur. Porte sunt in ea eree, ferree et lignee, quarum pauce aperiantur, totidem quantum annus habet dies, scilicet cccxvi. Altitudo eius ecclesie in quantum una balista pedum ascendere potest, rotunda desuper et tota lapidea, in magnitudine talis, quod bene plus quam centum milia hominum intrare possunt, Cooperta in toto cum plumbo et sic finis pro ipsa.

In ea civitate monasteria sunt ultra istas ecclesias et alias minores, que in maxima copia sunt monachorum et monialium, plus quam ducenta, omnia marmoribus, columnis et arte musaica et ceteris, ut dictum est, edificata et ornata. In eis ecclesiis campana pulsant et ligna cum hoc longa consuetudine antiqua prout in arca Noe pulsatum fuit. Civitas Constantinopolis in circuitu habet longitudinem XXIIII miliariorum italicorum in quantum hoc potest equitando prout temptavimus mediocriter quinque horis ambulare. Habitantes in ea, ut extimo, quadraginta milia hominum vix possunt interesse, qui in tempore guerre de suis interius vineis, bratis et ceteris necessariis vivere possunt, prout frequenter probatur, quod est causa potissima sue defensionis contra infideles, quod primum est. Et secundum menia eius fortissima. Et tercius modus habitantium sciendi resistere et repugnare infidelibus. Dimissis monumentis antiquorum, columnis spissis, in civitate sculptis et marmoris, usque quasi ad celum pro miraculis stantibus, palatiis antiquorum, conductibus aquarum, altissimis edificationibus subterrenis et cysternis et ceteris mirabilibus, portum eius civitatis ex uno tantum explicare volo, quod omnes naves, que in mundo sunt, et galee et omnia navigia possunt in eo intrare et se-

cure ab omni vento stare. Ista Constantinopolis stat in fine partis occidentalis ad quam ante pars orientalis ostenditur distantia utriusque partis existente per mare, quod ipsas terras dividit unius miliarii italici vel minus quam terra orientalis usque in illo strictu est infidelium in latere civitatis, in quo predictus portus prolongatur tamquam brachium modicum incurvatum. In opposito Constantinopolis est una civitas Jaquensium, que Pera vulgariter nuncupatur, in circuitu trium miliariorum italicorum. Hec de Constantinopoli breviter exponendo.

Post Constantinopolim in parte occidentali Greci non dominantur in illa parte, nisi spacium terre in longitudine octo dierum equestre ambulando et in latitudine duorum dierum vel minus quam terram dominatur imperator Grecorum in pace ad suum libitum, in guerra autem cum infidelibus exceptis aliquibus civitatibus et castris marinis totum ab infidelibus occupatur. In qua terra sunt arciepiscopi octo, qui in tempore guerre, si volunt in suis eritibus(?) et libertate una cum populo ipsorum possunt cum infidelibus vivere. In terra alia occidentali infidelium in guerra et in pace semper mittuntur consecrati a patriarcha Constantinopolitano arciepiscopi propter magnum populum christianorum, qui ab infidelibus ibidem dominantur permissione infidelium pro meliori suo et benevolentia ab illis christianis sibi ipsis infidelibus subditis, qui arciepiscopi in numero sunt duodecim.

Ad predictas partes orientales simili modo pro magno numero christianorum, qui ibidem habitant, mittuntur semper arciepiscopi in numero quindecim tamen isti homines scilicet, quibus arciepiscopatus habet sub se constitutos episcopatus quidem XX ad magis, quidam eciam IIII ad minus, in quibus a quolibet arciepiscopo illius diocesis episcopi eius subditi consecrantur. Item habent Greci insulam Limnam ablatam, que distat a Constantinopoli per miliaria italica CCL per mare in magnitudine autem est CCC miliariorum italicorum. In qua sunt due civitates non magne, castra sex et

ville bene centum. In ea arciepiscopus unus. Item ut non permittatur in predicto territorio Constantinopolitano, quod penes ipsam est, sunt civitates ultra Constantinopolim decem, castra XXX et ville CXL. Item ad propositum penes predictam insulam est alia insola eorum distans ab ipsa XVIII miliaria italica Impros nominata. In qua est civitas una parva, castra V et ville XX, in magnitudine est CL miliarium italicorum; penes ipsas sunt alie eorum insole due Schiatus et Scupolum, in quibus duo castra parva et ville XV. Alia insola, quam pretermisi, distans de Constantinopoli C miliaria italica, que Marmaras dicitur, in qua est unum castrum et ville sex. Iste tres insule parve sunt quasi coequales in magnitudine quelibet XC miliarium vel minus italicorum. Item habent Greci unam terram eis propriam distantem de Constantinopoli per mare M miliaria italica, per terram autem per spacium triginta dierum equestre ambulando, quod spacium terrestre usque ad illam terram occupatur ab infidelibus plenum totum cristianorum Grecorum et aliarum generationum, qui Thurcis serviunt. Illa terra est quasi mediannis in mari posita ita quod tota insula est mari circumdata, qui circulus maximus septingentorum miliarium italicorum esse numeratur. Remanet autem cum terra ferma illa quasi insula coniuncta per spacium sex miliarium italicorum, de mari in mare per lineam directam. In qua distantia terrestri fuerunt menia per Grecos edificata pro reclusionem illius terre et defensione contra infideles et tandem ab infidelibus destructa, quarum edificationum una finalis cum turribus altissimis fuit edificata in tempore imperatoris Grecorum domini Emmanuelis patris hodierni imperatoris domini Iohannis. Que res mirabilis fuit facta in XX diebus potentialiter propter hoc predicto imperatore per mare ibidem accedente. In illa terra sunt iste provincie: provincia Corinthiorum, provincia Achaie, provincia Lacedaemonensium, provincia Sparti, provincia Leucktra, provincia Archos et cetera, quas Humerus et Virgilius in numero pa-

nunt. In ista terra sunt civitates satis magne XXX et castra fortissima CC et ville CCCC. In ista terra dominantur hodie tres fratres imperatoris Grecorum, quilibet partem suam tenens gentes armorum ponuntur in campo tantum equestres quinquaginta milia hominum sine pedestribus, que potentia nunquam propter magnam distantiam in medio, que ab infidelibus occupatur cum potentia Constantinopolitana uniri potest neque una pars aliam in necessitate potest juvare. In ista terra sunt archiepiscopi quatuor et episcopi plures, prout prediximus. Iste terre sunt proprie Grecorum nunc, que eis ab infidelibus remanserunt, in quibus habent dominium seculare et spirituale ad libitum ipsorum. Ultra hec ecclesia Constantinopolitana habet dominium in spiritualibus in hys terris, quas dicturus sum.

In Athenis habet archiepiscopum et in Thebis alium, que terre ab uno Katholico dominantur subdito tum infidelibus de genere Florentinorum Antonio de Laciolis nominato. Item ad terram infidelium, que olim Grecorum fuerat, immittuntur isti archiepiscopi semper in guerra et in pace, Thessalonicenses ad Thessalonicam civitatem, cui civitati post Romam et Constantinopolim nulla alia in christianitate in magnitudine similis esse existimatur, quam per vim a Fennetis ante sex annos infideles acceperunt et tenent. Item alius archiepiscopus ad Larissam terram infidelium. Item alter in Seris, alter in Trachmis, alter in Zichnis, alter in Feria, alter in Sermone, alter in Cristopoli, alter in Chipsali, alter in Sophia, alter in Philippopoli, alter in Adrianopoli, ubi et dominus infidelium pro maiori parte habitare solet, alter in Traianopoli, alter in Fidini et ceteri ad magis sex alii, quorum nomina et loca recordari non possum. Isti sunt ad partes occidentales christianorum, que ab infidelibus occupantur.

Item ecclesia Constantinopolitana habet protestatem in spiritualibus apud duas Balachias propriam linguam habentes, que duo regna sunt et domini duo per se naturales reges in metis Ungarie et Russie omnes in obedientia ecclesie Greco-

rum, populus in maxima quantitate, ubi mittuntur arceiepiscopi quatuor. Item in magna Russia et parva, in qua quinque regna et reges sunt, mittitur unus arceiepiscopus tantum ex antiqua consuetudine, qui omnibus aliis quasi arceiepiscopis Grecorum in redditibus ecclesie sue prevalet, ubi populi sunt quasi sine numero, omnes in obedientia ecclesie Grecorum propriam linguam loquentes, tamen cum Balachis in litteris concordantes, quas litteras Greci ignorant. Item in Capha mittitur unus arceiepiscopus, que civitas Januensium in Thartaria. Item in Mingrelia alter arceiepiscopus, quod genus magnum est, tamen Thartaris subditum. Item in Cothia alter arceiepiscopus, quod genus per se diversis linguis distinguitur et subditur in parte Thartaris et in parte Januensibus. Item in Amastra civitate unus arceiepiscopus, que civitas Januensium est, tamen locuntur grecum et thartarescum sicut in Capha litteras Grecorum habentes. Item in illis partibus alii ad magis quinque, quorum nomina et loca nominare non possum. In illis partibus est unum aliud imperium per se, quod Trapesonta dicitur, litteras et idioma Grecorum habens, ubi immittitur unus arceiepiscopus. Item ad illas partes est unum maximum regnum aliud, quod Ifaria dicitur, linguam et litteras habent per se uniti in fide cum ecclesia Grecorum, tamen ex se ipsius pro maiori parte consecrantur arceiepiscopi et episcopi per electionem provinciarum secundum antiquam consuetudinem. Item est unum aliud regnum, quod ratio dicitur in metis etiam Ungarie et Thurcie, cuius maior pars ab infidelibus occupatur, tamen uniti homines in fide cum ecclesia Grecorum patriarcham et arceiepiscopos etiam illi creantes in se secundum modum predictam. Item alia provincia in Albania, qui simili modo faciunt, tamen uniti semper cum ecclesia Grecorum. Ad quas partes isto modo dispositas cum ecclesia Grecorum credo, quod possunt esse arceiepiscopi XXX sine episcopis, qui in magna quantitate ad illas partes sunt, prout prediximus, ab arceiepiscopis suis continue consecratis.

Notandum est, quod in multis partibus Turcie reperiuntur clerici, episcopi et archiepiscopi, qui portant vestimenta infidelium et locuntur linguam ipsorum et nihil aliud sciunt in greco proferre nisi missam cantare et evangelium et epistolas. Alias autem orationes multi dicunt in lingua Turcorum. Item ab ecclesia Constantinopolitana mittitur in insula Rodus, que est cruciferorum ordinis hospitalis sancti Johannis unus archiepiscopus, que insula est habitata populo greco. Item mittuntur in insulam Mitilini archiepiscopi tres, que insula habet dominum per se catholicum de genere Januensium, tamen habitata a populo greco. Item in una alia eius insula mittitur archiepiscopus alter, que Tassus dicitur, inhabitata a populo greco. Item mittitur in insula Chio alius archiepiscopus, que insula habet semper duodecim dominos in se per successionem, tamen confederati semper cum Januensibus, que est habitata a populo greco. Item unus alter episcopus in terra Enno, que dominum habet catholicum, tamen est semper in seruitute Turcorum de genere etiam ipse Januensium. Item dimitto regnum Cipro insulam maximam, aliam insulam Venetorum, que Quendia dicitur aliam insulam eorum Ceruus, multas alias civitates et terras et opida terrestria Venetorum et Januensium, que omnia a populo greco sunt habitata; tamen dimitto, quia archiepiscopi in eis locis pro multis causis non mittuntur.

Item magna pars Calabrie est habitata populo greco, qui de Calabria consecrant in fermentato pane et communicant in utraque specie modo Grecorum, tamen sunt uniti cum ecclesia Romana in omnibus aliis articulis, gratia cuius unionis permittitur eis talis modus consecrationis at communicationis etc. Item notandum, quod Greci de Cipro insula faciunt inter se archiepiscopum et non sunt uniti cum Grecis in fide, quia in officiis suis pro summo pontifice ante omnia tamquam pro ipsorum maiori deprecationes faciunt. Etiam non totaliter ab ecclesia Romana in unitate sua intelliguntur, quia proferunt spiritum sanctum a patre procedere et isto modo ab ecclesia

Constantinopolitana separantur et excommunicantur, a Romana tamen ecclesia tanquam pia matre non condemnantur, et sic vivunt.

Ista sunt, que in favore fidei et nationis et dominationis Grecorum esse considerantur. Item ultra hec sunt in unitate ipsorum fidei tres alii patriarchatus secundum morem antiquum semper consecrati scilicet Alexandrinus, Anthiocenus et Jerosolomitani, qui similiter consecrant sub se archiepiscopos et eorum archiepiscopi episcopos. In illis populus adhuc christianus est magnus, sed patriarce cum suis archiepiscopis vix possunt ecclesie homines xl, quia propter distantiam magnam similium eis dominorum christianorum magis ab illis infidelibus opprimuntur et tribulantur, ista quod si lucrum ex sepulcro domini nostri Jesu Christi non esset ibi neque illi christiani in vita essent permisi.

Distat sepulcrum domini de Constantinopoli quasi duo milia miliaria italica per mare et per terram xl dies equestre ambulando, quod totum ab infidelibus occupatur.

Ista sunt, que ego pro parte ecclesie orientalis, prout dicitur, considerante iuxta memoriam meam explicare valui, tamen ut ab aliis fide dignis et ambarum partium bene expertis intelligere potui, extimo plures populos in obedientia ecclesie orientalis esse, quia ecclesia occidentalis, quarum ecclesiarum fiendam unionem solum sacrum concilium Basiliense recte tractare omnibus viribus tendit et summa laborat, ita quod sine dubio et ista res sanctissima per ipsos solos perficietur. Et gloria in excelsis deo universali uno die et una hora in uno loco ab occidentali ecclesia et orientali scilicet ex uno corde et fide exclamare incipiet.

Quo facto christiani cum unitate ad summum gradum salutis et letiticia ascendere videbuntur et infideles ad nichilum reducentur et unicum concilium Basiliense per totum de inicio mundi in secula seculorum proclamabitur. Finitum per me die Martis tricesima mensis Julii anno domini M^o CCCC^o XXXVII^{mo} hore solis diei nona in Monaco.

Τὸ ὑπόμνημα τοῦτο, καθ' ἃ ῥητῶς σημειοῦται ἐν τέλει αὐτοῦ, ἐγράφη ἐν Μονάχῳ τῇ τριακοστῇ Ἰουλίου τοῦ 1437 χάριν τῆς συνόδου τῆς Βασιλείας, ἣτις συγκληθεῖσα τῷ 1431 διήρκεσε καὶ μετὰ τὴν διάλυσιν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ πάπα Εὐγενίου Δ' μέχρι τοῦ 1438. Εἶνε δὲ γνωστὸν, ὅτι μεταξὺ τῶν ἔργων αὐτῆς συμπεριέλαβε καὶ διαπραγματεύσεις πρὸς τὸ Βυζάντιον χάριν τῆς ἐνώσεως τῶν ἐκκλησιῶν, ἀγαγούσας εἰς τὴν σύγκλησιν τῆς ἐν Φεράρα καὶ ἔπειτα ἐν Φλωρεντίᾳ συνεληθούσης συνόδου. Διαρκουσῶν δὲ τούτων τῶν διαπραγματεύσεων πλέον ἢ ἅπαξ μετέβησαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπεσταλμένοι τῆς ἐν Βασιλείᾳ συνόδου. Ἡ κυριωτάτη τούτων τῶν πρεσβειῶν ὑπῆρξεν ἡ τοῦ Δομινικανοῦ Ἰωάννου di Ragusi, τοῦ κανονικοῦ ἱερέως Κωνσταντίας Ἑρρίκου Menger καὶ τοῦ Σίμωνος Fregon, οἵτινες, ἀναχωρήσαντες ἐκ Βασιλείας τῇ 24 Ἰουνίου 1435, διέτριψαν ἐν Κωνσταντινουπόλει πολλοὺς μῆνας καὶ ἀνεχώρησαν ἐκ τῆς πόλεως ταύτης τὸν Δεκέμβριον τοῦ αὐτοῦ ἔτους¹. Ἄγνωστον δὲ μένει, ἂν τις τῶν πρέσβειων τούτων τῶν κατὰ τὴν περιοδείαν ἐκείνην μελετησάντων τὰ κατὰ τὸ Βυζάντιον καὶ τὴν λοιπὴν ἑλληνικὴν Ἀνατολὴν ἢ ἄλλος τις εἶνε ὁ γράψας τὸ ὑπόμνημα τοῦτο, οὗ προφανὲς σκοπὸς εἶνε νὰ γνωρίσῃ εἰς τοὺς μετέχοντας τῆς ἐν Βασιλείᾳ συνόδου τὴν κατάστασιν τῶν ἑλληνικῶν χωρῶν καὶ τῆς ἑλληνικῆς ἐκκλησίας κατὰ τὸ πρῶτον ἡμισυ τοῦ δεκάτου πέμπτου αἰῶνος.

Εἶνε δὲ τὸ ὑπόμνημα τοῦτο ἄξιον πολλοῦ λόγου διὰ τὰς ἐν αὐτῷ περιεχομένας εἰδήσεις, καὶ ἀποβαίνει ὡς ἐκ τούτου ἀξία λόγου πηγὴ περὶ τῶν ἑλληνικῶν πραγμάτων βραχὺν χρόνον πρὸ τῆς ἀλώσεως τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Τούρκων. Ἐνεκα τῆς συνήθους σπάνιως τοπογραφικῶν καὶ στατιστικῶν πληροφοριῶν ἀποβαίνει πολύτιμον περὶ πολλῶν ἑλληνικῶν πόλεων, νήσων καὶ χωρῶν, καὶ χρησιμωτάτη εἶνε ἡ παραβολὴ

¹ *Eugenio Cecconi Studi storici sul concilio di Firenze*. Ἐν Φλωρεντίᾳ 1869. Μέρ. Α' σ. 94 κ. ἑ.

αὐτοῦ πρὸς ἄλλας τυχὸν σωζομένας εἰδήσεις. Οὕτω τὰ τῆς περιμέτρου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐν σ. 361 δυνάμεθα νὰ παραβάλωμεν πρὸς τὸ ἐκ τοῦ κώδικος Urbini. 131 τῆς βιβλιοθήκης τοῦ Βατικανοῦ σημεῖωμα τοῦ δεκάτου τετάρτου αἰῶνος τὸ ἐκδοθὲν ὑπ' ἑμοῦ ἐν τῷ Νέῳ Ἑλληνομνήμονι¹ καὶ τὰ περὶ ἐκκλησιῶν καὶ μονῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὰ παρὰ τῷ Μαρτίνῳ Κρουσίῳ καὶ τὰ ἐν τῷ κώδικι 275 τῆς Πατριαρχικῆς βιβλιοθήκης Καίρου².

Ἐν τοῖς περὶ Πελοποννήσου λεγομένοις νέα εἶνε ἡ παρεχομένη διαίρεσις εἰς ἐπαρχίας, τὴν τῆς Κορίνθου, τὴν τῆς Ἀχαΐας, τὴν τῶν Λακεδαιμονίων, τὴν τῆς Σπάρτης, τὴν τῶν Λεύκτρων, τὴν τοῦ Ἄργους καὶ, ἄλλας μὴ ἀναγεγραμμένας ὀνομασί, περὶ ὧν παραδόξως ὁ ὑπομνηματογράφος ἀναφέρεται εἰς τὸν Ὅμηρον (Humerus) καὶ τὸν Βιργίλιον (σ. 363).

Ἀκριβέστατα εἶνε ὅσα σημειοῦνται περὶ τῆς ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος Μανουήλ τοῦ Παλαιολόγου ἀνακτίσεως τοῦ ἰσθμοῦ ἐν ἔτει 1415, περὶ ὧν ἴδε τὰ δημοσιευθέντα διὰ μακρῶν ἐν τῷ Νέῳ Ἑλληνομνήμονι³. Τὰς δ' ἐν Πελοποννήσῳ οἰκῆσεις ὁ ὑπομνηματογράφος καθορίζει ὡς ἐξῆς· *sunt civitates satis magne XXX et castra fortissima CC et ville CCCC* (σ. 364). Καὶ ποῦ μὲν στηρίζεται ἡ ἀπογραφή αὕτη δὲν δυνάμεθα δυστυχῶς νὰ διαγνώσωμεν, ἀλλὰ διδακτικὴ οὐχ ἤττον εἶνε ἡ παραβολὴ πρὸς τὰ λεγόμενα εἴκοσι καὶ δύο ἔτη ἀργότερον, τῷ 1459, ὑπὸ τοῦ Βησσαρίωνος περὶ τῆς Πελοποννήσου· *Item praeter civitates, quas habet, sunt ibi quasi trecentae terrae muratae*. Γράφει δὲ ταῦτα ὁ Ἑλλήν καρδινάλιος ἐν τῇ ἀξιολογωτάτῃ αὐτοῦ ἐκείνῃ ἐπιστολῇ πρὸς τὴν Μινωρίτην μοναχὸν Ἰάκωβον de Marchia τὸν Πικεντίνον, δι' ἧς, δεικνύων τοὺς πόρους καὶ

¹ Τόμ. Α' σ. 248.

² Νέου Ἑλληνομνήμονος Τόμ. Γ' σ. 485 κ. ε.

³ Τόμ. Β' σ. 444 κ. ε.

τάς δυνάμεις τῆς ἑλληνικῆς ἐκείνης χερσονήσου, παρῶρμα πρὸς ἀνάληψιν σταυροφορίας ἐναντίον τῶν Τούρκων¹.

Ἐν δὲ τοῖς περὶ Ἀθηνῶν λεγομένοις ἀξία ἰδίας προσοχῆς εἶνε ἡ μνεία ὡς δουκὸς τοῦ Ἀντωνίου (Β') Ἀτζαϊώλη. Οὗτος διεδέχθη, καθ' ἃ γινώσκομεν, τὸν ἀδελφὸν Νέριον, ὃν καὶ ἐξέωσεν, ἀπελθόντα εἰς τὴν Φλωρεντίαν καὶ ἐπιστρέψαντα εἰς τὰς Ἀθήνας μόνον μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ. Ἀλλὰ τὸ ἔτος τῆς ἐξώσεως τοῦ Νερίου καὶ τῆς ἀναρρήσεως τοῦ Ἀντωνίου δὲν εἶνε μέχρι τοῦδε ἀκριβῶς γνωστόν. Καὶ ὁ μὲν Horf² ὡς ἔτος τῆς ἐξώσεως τοῦ Νερίου ἀποδέχεται: τὸ 1439 χωρὶς γὰρ ὑποστηρίζει τὴν γνώμην αὐτοῦ. Ὁ δὲ Γρηγορόδιος ὀρθότερον λέγει τὴν ἐξωσιν ταύτην γενομένην μετὰ τῶν ἐτῶν 1437 καὶ 1441. Ἀλλ' ὑποδηλοῖ, ὅτι τὸ γεγονός τοῦτο συνέβη μετὰ τὴν 6 Αὐγούστου 1437, ὅτε ὁ Νέριος εὕρισκετο ἀκόμη ἐν Ἀθήναις, ὅπου ἐξέδωκεν ἔγγραφόν τι φέρον τὴν ἡμερομηνίαν ἐκείνην³. Ἀλλ' ἐν τούτοις ὁ συντάκτης τοῦ ἀνωτέρω ἐκδοθέντος ὑπομνήματος, καίπερ γράφων τελευτῶντος τοῦ Ἰουλίου τοῦ 1437, ποιεῖται ῥητὴν μνείαν ὡς δουκὸς τῶν Ἀθηνῶν καὶ Θηβῶν τοῦ Ἀντωνίου. Ὑπολογίζοντες δὲ, ὅτι ταῦτα ἐγράφησαν ἐν Μονάχῳ, πρέπει νὰ ὑπολάβωμεν τὴν ἀνάρρησιν τοῦ Ἀντωνίου καὶ κατὰ τινὰς ἔτι μῆνας ἀρχαιοτέραν. ὅσος χρόνος εἶχε παρέλθει ἀπὸ τῆς ἐκ τῆς ἑλληνικῆς Ἀνατολῆς εἰς τὴν Γερμανίαν ἀφίξεως τοῦ γράψαντος τὸ ὑπόμνημα ἢ ἀπὸ τῆς εἰς αὐτὸν ἀποστολῆς τοῦ γράμματος τυχόν, δι' οὗ ἠγγέλλετο εἰς αὐτὸν διατρέχοντα ἐν Γερμανίᾳ ἢ ἐξωσὶς τοῦ Νερίου καὶ ἢ ἀνάρρησις τοῦ Ἀντωνίου. Ἀλλὰ πῶς συμβιβάζεται ἡ μαρτυρία αὕτη τοῦ ὑπομνηματογράφου πρὸς τὴν χρονολογίαν τοῦ ἐν

¹ Παρὰ τῷ *Waddingius Annales Minorum*. Ἐν Ῥώμῃ, 1650. Τόμ. ΙΓ' σ. 63. Πρὸς Νέου Ἑλληνομνημονος Τόμ. Γ' σ. 32.

² *Geschichte Griechenlands in τῇ Allgemeine Encyclopädie τοῦ Ersch καὶ Gruber* Τόμ. 86 σ. 113.

³ *Gregorovius Geschichte der Stadt Athen im Mittelalter*. Τόμ. Β' σ. 331 Ἑλλ. μεταφρ. *Σπυρ. Π. Δάμπρου* Τόμ. Β' σ. 336.

τοῖς ἀρχείοις τῆς Φλωρεντίας ἀποκειμένου ἐγγράφου τῆς 6 Αὐγούστου 1437 μένει αὐτόγρημα σκοτεινόν.

Ἐν δὲ τῇ ἀναγραφῇ τῶν μητροπόλεων τῆς Μακεδονίας καὶ Θράκης ἐν σ. 364 παρεξέφρησαν διαφθοραὶ τινες ὀνομάτων, διὸ θεωρῶ ἀναγκαῖον νὰ καταλέξω αὐτὰς ἐνταῦθα, ἐπανορθῶν τὰ ἐσφαλμένα. Καὶ ἐν μὲν τῷ Seris διαγινώσκονται εὐκόλως αἱ Σέρραι, ἐν δὲ τῷ Trachmis ὑπολανθάνει ἡ Δράμα, ἐν τῷ Zichnis διαγινώσκουσι τὰς Ζίχνας, Feria δὲ εἶνε βεβαίως ἡ Βέρροια, καθ' ἃ ὀλίγον ἄνωτέρω Fenneti λέγονται οἱ Βενετοὶ καὶ ὀλίγον κατωτέρω Fidiri τὸ Βιδίνιον, ἐν τῷ Sermono, εἰ μὴ παρανεγνώσθη ἀντὶ τοῦ Servione, παρεφθάρη πιθανώτατα τὸ ὄνομα τῶν Σερβίων, διὰ τοῦ ὀνόματος Cristopolis ἀποδίδεται ἡ μακεδονικὴ Χριστούπολις, εἰς δὲ τὸ Chipsali παρεφθάρησαν τὰ Κύψα(λ)λα τῆς ἐπαρχίας Ῥοδόπης, ὧν συχνὴ γίνεται μνεῖα ἐν ταῖς τάξεσιν ἐπισκοπῶν¹, ἀπαράφθορα δὲ τέλος ἀνεγράφησαν τὰ ὀνόματα τῆς Σοφίας, Φιλιππουπόλεως, Ἀδριανουπόλεως καὶ Τραϊανουπόλεως.

Τέλος παρατηρῶ, ὅτι ἀξιόλογοι εἶνε καὶ αἱ λοιπαὶ εἰδήσεις αἱ παρεχόμεναι ὑπὸ τοῦ ὑπομνηματογράφου περὶ τῆς ἐκκλησίας ἐν ταῖς δύο Βλαχίας, τῇ Θεοδοσίᾳ (Καφφᾶ), τῇ Μιγκρελία, τῇ Γοθθία, τῇ Ἀμάστρει, τῇ αὐτοκρατορίᾳ τῆς Τραπεζοῦντος, τῇ Ἰδηρία (Ifaria) καὶ τῇ Ἀλβανίᾳ, ὡς καὶ τὰ περὶ τῶν Χριστιανῶν ἐν τῇ Τουρκίᾳ, ἀλλαχοῦ τε καὶ ἐν Μυτιλήνῃ (Mitilini), Θάσῳ (Tassus), Χίῳ, Αἴνῳ (Enus), ἐν τῇ βενετοκρατουμένῃ Κύπρῳ καὶ ἐν ταῖς χώραις ταῖς ὑποκειμέναις εἰς τὰ πατριαρχεῖα Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας καὶ Ἱεροσολύμων. Τίνες δ' αἱ ἐν σ. 366 βενετοκρατούμεναι νῆσοι Quendia καὶ Cervus δὲν δύναμαι ἐπὶ τοῦ παρόντος νὰ διαγνώσω².

¹ *Parthey Hierocelis Synecdemus et Notitiae graecae episcopatum.* Ἐν Βερολίνῳ. 1866 σ. 358 ἐν λ. — *Basilii Notitia ἐν τῇ Georgii Cyprii Descriptio Orbis Romani* 1xδ. *Gelzer.* Ἐν Λειψίᾳ. 1890 σ. 4 ἀρ. 64.

² Ὁ ἐν Ῥώμῃ φίλος κ. Οὐίλλιαμ Μίλλερ ἐρωτηθεὶς ὑπ' ἐμοῦ ἔγραψέ μοι, ὅτι κατὰ τὴν γνώμην αὐτοῦ ἡ μὲν Quendia εἶνε ἡ Candia ἢ Staudia, τὸ νησίδιον ἀπέναντι τοῦ Ἡρακλείου τῆς Κρήτης, Cervus δὲ τὸ Cervi, περὶ οὗ ἐγεννήθη ζήτημα τῷ 1850 ὡς δῆθεν ἔχαρτωμένου ἀπὸ τῶν πρώην ἐνετικῶν Ἰονίων νήσων.